



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dissertatio Triplex Theologica, Ad Mentem Præclarissimi  
Ecclesiæ D. S. P. Avgvstini, (Cui consonat Doctor  
Angelicus cum Melliflvo,)**


**Schweitzer, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.LXXXII.**

Dubium quartum. An primus homo fuisset mortuus, si non peccasset?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39320**

hoc dici nequit; ergo non comedenter neque biberunt probatur minor, quia fames & sitis habent adjunctam molestiam & miseriā, ut experientia constat. Respondeo distinguendo majorem: fuit in illis fames & sitis, id est, appetitus comedendi & bibendi ad restaurandum, quod perditum erat per pugnam qualitatum, & inordinatus, qualis in nobis est, nego: id est, appetitus naturalis comedendi & bibendi ad præveniendum judicio rectæ rationis, ne aliquid perdetur, concedo majorem, & distincta similiter minori nego consequentiam. Fames enim & sitis posteriori modo acceptæ non habent adjunctam molestiam, neque sunt poena peccati.



## DVBIVM QVARTVM.

*An primus homo fuisset mortuus, si non peccasset?*

**A**rbitrati fuerunt olim quidam, ut refert S. Augustinus l. 6. de Gen. ad lit: cap. 22. primum hominem mortem corporis peccato non meruisse, sed propter corpus animale illum exiturum fuisse de hoc corpore ad requiem, quam nunc habent sancti; & idem docuerunt Pelagiani.

Respondeo & dico: primus homo secundum Augustinum, si non peccasset, non fuisset moriturus. probatur